



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei Matrem Mariam Pietas**

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ Agrippinæ, [ca. 1708]**

XXV. Junii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50961](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50961)



S. Cristina, mirabilis dicta, quia ter mortua bis revixit, visis enim animarum purgatorii poenis tantâ earum commiseratione mora est, ut pro earum redemptione mira egerit, & passa sit; cultui Mariano addictissima dicere solebat, plurimos qui damnantur, perire, quòd amorem Mariæ negligent. *Mayr.* Quid mirum Matre salutis neglectâ filios fieri perditionis.

S. Cristina toties & semper bene mortua! bene moriendi artem præ cæteris omnibus Sanctis meliùs, quia usu repetito didicisti, me quòque eam doce? & ora ut Mariani cultus zelotes inter eos non censear, qui ab ejus cura exclusi veniunt in numerum reproborum. O Sanctissima Dei, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusq; tam corporis, quàm animæ viribus, censies millies imò infinities &c. *fol. 2.*

Ad quod impetrandum: Deiparam hodie orabo, ut illa suâ præsentia animas purgantes soletur.

Omnes generationes beatam dicunt Mariam, sicut ad ipsam pietatem omnes habent saltem naturalem, naturalem enim habent amorem omnes generationes ad eam post Dominum Jesum. *Gerf. tr. 3. in magn.*

Quæstio: An B. Virgo præsentia suâ aliquando consoletur animas purgatorii: maxime suo honori plus addictas.